

Pr. 15. num. 45

14
QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN

Detur Depositum irregularare

Q V A M

ILVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREMÆ NEC NON FACVLT. IVRID.
ASSESS. ET ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. X. FEBR. MDCCCLXXV.

AD DISCEPTANDVM PVBLICE PROPONIT

AVTOR ET DEFENSOR

IOANNES CAROLVS IESNIZER


ZWICKAVIENSEM.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



ARIBONNATIENSIS
DUM PREGUAM MUSICO
MAYO
HISTORIAE ET CIVITATIS DE MONS GERMATICA
TERRAE SICILIAE
D HED GOTTHILB DUNLIFFO
AD P. STERNUM PLACIDE PROPOSIT
AUTORITATIS DILECTOR
IOMINIS CADOPA LIBEMAN
TIPICAL
LIBRARY



ILLVSTRI
ATQVE
GENEROSISSIMO DOMINO
DOMINO
CHRISTIANO LVDOVICO
AB HAGEDORN

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS IN
LEGATIONIBVS ET DIRECT. GENERAL. ARTIVM
LIBERAL. NEC NON ACADEMIAR. ARTIVM
ARCHITECTVR. PICTVR. SCVLPL.
CAET.

PATRONO INDVLGENTISSIMO

LIBRARY
GERMANSISCHES DOMIRK
CATHARINA HABEAT
IN LIBRARIO

IN LIBRARIO CATHARINA HABEAT
GERMANSISCHES DOMIRK
CATHARINA HABEAT
IN LIBRARIO

CATHARINA HABEAT IN LIBRARIO

DOMINE
ILLVSTRIS
ATQVE
GENEROSISSIME!

Longe iam abhinc tempore mecum cogitaui,
quomodo ad Te mihi aditum struerem, et
singularem Gratiam, immo et Patrocinium
Tuum ambirem, ita tamen, ut non esset infra expecta-
tionem Tuam. Hac certe eriam occasione fere subtime-
re incipio, ne audaciam meam, quae maxima est, repre-
hendas; nisi singularis Tua humanitas animum formi-
dulosum denuo excitet. Mibi autem persuasum habeo,
Te irasci haud posse deuoti cultus specimen praebenti,
nam cum omnia in Te emineant, cum Aulae summi Prin-
cipis, et toto Ordini Eruditorum charus cordique sis;
dum hoc sine nulla dubitatione Tibi proprium est, quod
Excelsam Tuam Mentem ad omnes eos dirigas, qui stu-
dia, quae adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secun-
das res ornant, aduersis perfugium ac solatium praee-
bent, in deliciis sibi ponunt. Sed cum inuercundum fo-
ret meum, tantilli hominis, praecognitione admiscere Ele-
ctoris Maximi, Prouinciarum florentium, Academia-
rum

rum optime constitutarum vocibus, quas Tu *Vir Generosissime*, sapientiae Tuae, recti iustique cupiditatis, indefessi in republica curanda, bonisque litteris iuuandis et ornantis studii tanquam testes habes. Hoc autem mibi licebit publice profiteri, me perpetuo in numero eorum fore, qui Tuam salutem, et perfectissimam valetudinem a summo Numine precibus indefessis expetunt. Tua autem humanitate *Vir Generosissime* et gratia fretus, audeo omni qua decet reverentia abs te petere, velis summo Patrocinio Tuo, quo et in Academia Ichnographiae Lipsiensi, hic usque fruitus sum, et in posterum dignari hominem, qui dum viuet id tantummodo semper ager, ne gratia Tua et beneficiis videri aliquare indignus possit.

CULTOR DEVOTISSIMVS
IOANNES CAROLVS IESNIZER.



Cum omnis, quae a ratione de aliqua re suscipitur institutio, a definitione proficiuntur. Debeat ut ait Cic. Lib. I. cap. II. de Offic. et teste Vlpiano l. 1. pr. ff. de reb. Cred. e re sit, prius quam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre, necessitas exigit, ut custodiam, circa quam potissimum haec scriptura versatur definiamus. Est autem Custodia nihil aliud, quam cura, ut aliquid saluum maneat. Intelligimus autem hic eam custodiam, quae in deposito est praestanda; saepius enim ad curam rei diligentem etiam restringitur, et diligentiam, qualem quisque bonus paterfamilias in rebus suis adhibere debet denotat. l. 25. §. 4. π. de contr. empt. Conf. Briffon. de Verb. signif. Voetius ad π. tit. Depositi vel contra §. 3.

§. II.



§. II.

Non solum res mobiles sed et immobiles, nec non homines et personae custodiam admittunt. Quidquid enim admittit curam ne subducatur vel deterioretur, id recipit custodiam. Sub sumere hoc autem licet tam de personis, quam rebus in propositione demonstranda nominatis. Mouentur quidem circa rerum immobilia custodiam varia dubia, quae vero vix merentur attentionem. Omnia redeunt ad custodiae definitionem, quam non sine ratione ita formauimus, ut et ad res immobiles, immo ad personas applicari possit. Quoad custodiam enim rerum immobilium ipsae leges ad sunt, quae eam admittunt, veluti l. 16. §. 1. ff. de *Vsi et nabilitatione Conf. FRANZKIVS ad π. tit. Depositū n. 6.* Quoad personas autem lepidum Exemplum de Sequestratione puerarum in cap. 14. X. de *sponsal. et in l. 3. §. 6, π. de libris exhib. inuenies Conf. etiam STRICKVS mod. h. t. §. 15. cx rb.*

§. III.

His praemissis iam ad ipsam propositam Quaestio nem est deueniendum; an scilicet derur Depositum irregulare? Solent enim Doctores diuersē depositum diuidere, et primo quidem in regulare et irregulare, secundo in voluntarium et necessarium, et tercio denique in iudiciale et extraiudiciale. *Conf. Ludov. ad ff. tit. depositū vel contra §. IV. ex V.* Quoniam vero prima diui

fio

sio in primis ad Quaestionem nostram propositam spe-
ctat, reliquas breuitatis causa silentio praetermittere, et
solummodo, an valeat depositum irregularare, quaedam
differere, nobilcum constituimus.

¶ hocq; ni ab eiusdem iuris causa deposito reg; sib
accipitorem ea in §. IV. illoquinq; b; m; e; o; r;

Nobis Depositum regulare est Contractus ille re-
alis, quo res alteri gratis custodienda traditur, et ab eo
recipitur, ita, ut eadem in specie restituatur, quando-
cunque deponenti hoc placuerit §. 3. Inst. quib. mod. re
contr. Obligat. Depositum autem quod DD. vocant
irregularare nobis est, quando usus rei depositae fungibili-
bus depositario conceditur. Ut vero statim appareat re-
vera non esse depositum, quando accipienti conceditur,
ut rebus acceptis vti queat, sed potius mutuum, sub-
stantialia depositi sunt consideranda.

¶ n; u; l; s; r; d; s; d; a; s; m; r; t; o; p; n; q; e; o; n; o;
n; l; u; m; r; o; b; o; §. V. eq; b; u; f; r; o; l; a; n; s; n; u;

Primum igitur substantiale est custodia, id quod
etiam VEPIANVS in l. i. pr. ff. depositi vel; contra con-
firmat, sola enim custodia non facit depositum, ni-
si alter custodiam permittat vid. MEVIVS P. 2. dec. 54.
Quod vero praeterea custodia in deposito etiam esse de-
beat gratuita, euincit l. i. §. 8. 9. ff. Ex modo citata
lege simul quidem patet, custodiam pluribus negotiis
communem esse, nimur omnibus, quae restituendi

B

ne-

JIV. Q



necessitatem habent adiectam. In eo vero custodia in deposito praestanda, a custodia in aliis negotiis praestanda differt, quod ut accurate ait s CH A V M B V R G I V S in *ff. tit.* depositi vel contra §. i. in reliquis negotiis, custodia per consequentiam tantum praestandā sit, in deposito autem id principaliter agatur, ut res custodiatur. Interim tamen salua manente natura contractus honorarium pro custodia depositario praestari potest.

Secundum depositi substantiale est res seu persona, cum enim substantiale depositi sit custodia, haec autem supponat aliquid, quod custoditur, id quod non potest non esse aut res aut persona; Depositi substantiale est res vel persona, perinde etiam est, siue res quae depositur sit huius vel illius generis, modo non sit res depositario propria, quod enim quis iam habet, alias in eum transferre haud potest. Doctores quidem multa de immobilibus rebus disputant, quoniam vero hoc in sequentibus nobis non praebet usum, silentio hoc prætermittimus, interim perlegendus est *WEIDLICHIAS* in *Diss. de custodia rei alienae immobilis non deposito sed mandato.*

§. VII.

§. VII.

Tertium depositi substantiale est consensus de transferendis et recipienda custodia principali, cum actuali translatione et receptione rei in custodiam coniunctus. Est equidem consensus substantiale omnium contractuum, nihilominus tamen non omnes contractus solo nituntur consensu, sed adhuc aliud quoddam ad perfectionem desiderant, et ab eo consequuntur homen, hinc reales contractus a traditione rei, verbales a solemnitate verborum, et litterales a scriptura nomine sortiuntur, interim tamen consensus ita debet esse comparatus ut ab initio §. est descriptus, et sic optimo iure dici posset; quemlibet contractum habere proprium suum consensum, qui ab eo, qui in alio contractu praestandus, est diuersus.

§. VIII.

Progrederior ad quartum denique substantiale, quod in primis ad nostram propositam quaestionem controversam pertinet, scilicet idem illud, quod deponitur, finita custodia restituendum esse. Nam cum in deposito praeter solam custodiari, nihil omnino in depositarium transferatur, custodia vero illud ipsum, quod de custoditur saluum praestet vid. §. I. et idem illud, quod depositum, finita custodia est restituendum. Si igitur pecunia deposita, ipsa illa numerorum corpora sunt restituta, si enim depositarius tantundem restituat, depositum non



fit impro prium et mutuum. conf. MOZZIVS de contr.
tit. de deposit. in tract. de substant. et formal. depositi et
STRV VII Syntagma Iur. Ciu. tit. Deposit. l. contr.

§. IX.

Ne mihi autem sine lege loquendi erubescendum
sit, prouoco ad §. 3. I. quibus modis re contrah. obligat,
vbi Imperator praecise requirit, eandem speciem a de-
positario esse restituendam. Utitur enim Imperator his
verbis: *Praeterea et is, apud quem res aliqua depositur,*
re obligatur, teneturque actione depositi, quia et ipse de ea
re quam accepit, restituenda tenetur etc. huc etiam perti-
net l. i. §. 24. π. depositi l. contra. In primis autem respici-
endum est ad legem 24 ff depositi, quae lex haec ha-
bet verba: In qua quaestione, si depositi Actio non teneat,
cum conuenit tantundem, non idem reddi; rationem usu-
rarum haberi non facile dicendum. Monet hic quidem
DVARENVS in Commentat. ad Cod. tit. depositi cap. 4. du-
bitanter hoc dictum fuisse a Iureconsulto, et hoc qui-
dem ex verbis: non facile, deriuat, nulla vero his inest
verbis dubitatio, potius ICtus id indicat, ut eiusmodi
depositum plane non sit statuendum, verba etiam tantum-
modo ad usuras sunt directa. Sed omitram haec, quia
clariores adsum leges, adest enim l. i. § 34 ff depositi
l. contra. En verba ipsa: Si pecunia apud te ab initio hac
lege deposita, ut si voluisses vtereris, priusquam utaris,
depositi teneberis, ergo vi contrariorum sequitur, si utatis,
non

non ex deposito, sed ex alio contractu v. c. ex mutuo agendum esse, cum qua lege conuenit etiam l. 10 ff. de rebus creditis: *Quodsi ab initio ait lex cum deponerem ut tibi si voles, permisero, creditam non esse, antequam mota sit, quoniam debitum iri non est certum:* Ex his igitur dubiis legibus apparet, depositum degenerare in mutuum, si depositarius re deposita vtatur. *bi* Omnis etiam controversia ex ipsa sana ratione componi potest; si enim depositario licet re deposita vti, transfertur in eum dominium, quapropter nummos non in eadem specie sed eodem tanum genere restituit; In deposito autem praeter custodiem depositarius nihil consequitur, sic ex ipsa rei natura fluit, eiusmodi negotium vocari haud posse depositum. Valde igitur reprehendendus est MOLINAEVS, qui in tract. de Vjnr. n 621 seqq. contrarium tanquam omni exceptione maiorem, defendit sententiam.

Si igitur verum est, quod quilibet contractus sua essentialia seu substantialia habeat, quae salua notione rei nunquam mutationem patiuntur, substantiale depositum autem, quod ideam depositi efficit, in eo consistat, ut res tradatur alteri custodienda, sequitur, quod depositum degeneret in mutuum; simulac vsus rei depositae concessus sit, consequitur enim contractus notione, quam leges mutuo tribuant, et hinc desinit esse depositum.



tum. DD. sic dictum depositum irregulare in tacitum ei
expressum dividunt, omnem vero hanc diuisiōnēm. PRY-
SERVS Spec. 176. med. 4. recte iam reiecit, et sic mihi in
hac re otium fecit. Et quamvis ad leges quasdam pro-
uocent, et ex illis sententiam corroborare studeant, fru-
stra tamen patrocinium inuenient. ICti enim de hac
re differentes, id tantum probant, contra natūram esse
depositi, ut vsum rei habeat depositarius.

§. XI.

In foro autem et Praxi hodierna diuisio in deposi-
tum regulare et irregulare locum obtinet, et varios eos-
que sane egregios producit effectus, quos praeterire
nella ratione possunt. Scimus periculum, seu casum in deposito regulari-
non serre depositarium, nisi ille in dolo, vel lata culpa,
aut mora verisetur, non enim est dominus, ast in irre-
gulari, cum in ipsum transferatur dominium, rei deposi-
tae casum sentit, res enim perit suo domino. A quo
tempore autem casus sit praestandus questio adhuc val-
de est dubia, plerique tamen distinguunt, utrum ab ini-
tio contulerint partes, vt accipiens si velit, pecunia
vti queat, vel an hoc pacium ex post facto ipitum.
In priorib. casu, ex eo demum tempore, periculum
statim recipere depositarium adfirmant quando mota est
pecunia, haec debitor ea uti coepit, et hoc ex l. 10. ff. de
reb. cred. et l. i. §. 34. h. t. probant. In posteriori vero
casu

casu statim transire periculum dicunt, atque hoc ex I. 9.
 §. 9 ff. de reb. cred. deducendum esse putant. Ast haec
 distinctio legum auctoritate parum suffulcita mihi vide-
 tur; regula potius generalis valet: Quo tempore depo-
 situm mutui assumit naturam, eo etiam tempore depo-
 sitarius ad ferendum casum redditur obligatus. Ratio
 enim qua vitur ICtus I. 9. §. 9 ff. de reb. cred. quia ani-
 mo possidere coepit, satis demonstrat, depositarium tunc
 temporis fuisse debitorem, et contrahentes per nouatio-
 nem recellisse a deposito, et contraxisse mutuum. Conif.
 LEYS. in med. ad ff. Spec. 176. n. IV.

§. XII.

Depositum irregularis in Praxi talis quoque est effe-
 ctus, vt compensationem admittat, est enim debitum
 quantitatis. Depositum autem regulare, vti facile patet,
 compensationem non admittit, restituendum enim est
 in eadem specie. §. 3. I. quib. mod. re contr. obl. Dissen-
 tientes DD. quos in scenam produxit LYNCKERVS de
 Privileg. Depof. Thes. XXI. obiciunt quidem quoad de-
 positorum irregulare L. u. C. depositi, in qua Imper.
 Iustinianus expressis verbis iubet, vt depositarius illico
 ad restituendam compellatur, non attenta exceptione
 compensationis; sed nihil inest huic decisioni quod no-
 stro asserto est contrarium. Loquitur Imperator de
 deposito, proprio sic dicto, sed id, quod irregulare di-
 cunt Doctores, non est depositum, potius vt supra de-
 mon-



monstrauimus mutuum, hinc quod de deposito dicitur ad contractum mutui, a deposito alienum non valet. Vsus etiam fori iamdiu hanc fouet sententiam, ita, ut fere omnis circa hunc censum inanis et superuacanea sit disputatio.

§. XIII.

Ad ultimum denique deuenio effectum, quem depositum in Praxi hodierna producit, qui sane non exiguis est. Versatur autem hic effectus circa concursum Creditorum. Quod si enim depositarius bonis cedit, irregulare depositum, cuius nempe vſus relictus erat debitori, et restitutio fiebat in eodem genere, nullam admittit praerogatiā, sed creditor nummos depositos repetens, inter chirographarios refertur, qui in ultima classe ex eo, quod superest, pro rata percipiunt, cuius rei ratio sine dubio ea est, quia dominium horum nummorum a deponente ad depositarium translatum, hinc eadem iura, quae alias creditoribus, qui personali contra dobitorem vtuntur actione, concedunt leges, et creditori deponenti competunt.

§. XIV.

Ast in deposito proprio sic dicto, quod regulare, quia regulis contractus depositi in omnibus conuenit, dicunt, alia ferenda est sententia. Quod si enim res deposita sive nummi moto concursu adhuc in natura penes



penes depositarium extent, deponens non opus habet, ut se concursui immisceat, sed potius res vel nummos depositos, iure separationis repetit, et sibi vindicat. Cum enim deponens sibi retinuerit dominium et depositarius tantum receperit custodiam, effectus domini, qui in rei vindicatione consistit, haud denegandus est deponenti. Confirmat hanc sententiam *Ord. Proc. Saxon.* tam vetus quam recognita. *Tit. XLII. §. 1.*

§. XV.

Absoluta tra&atione theoretica paucis tantummodo ad Praxim Iudicialem est respiciendum; quoad instituendum Processum distinguendum esse puto, an deponens per Instrumentum depositi accepti in continentि probare possit, quid, quale, vel quantum debeatur, an non? ita ut in priori casu Processus executiuus locum habere possit, in posteriori autem neutquam. Non enim toties, quoties depositum irregularē est, ideo statim debitum liquidum est, i. e. statim apparet, quid, quale, quantumue debeatur, notum enim est, quam quod notissimum, Processum executiuum tum demum locum habere, si ex Instrumento omnia capita libelli sint clara. Vid. *Append. Ord. Proc. Recogn.* §. 4. conf. *Mev.*

Part. 1. Dec. 200. n. 2.

§. XVI.

His omnibus igitur praemissis facile dijudicandum erit, qualis Actio ex Deposito irregulari obueniat. Ut

C

vero



vero res maiorem consequatur perspicuitatem, distinguendum est, an res deposita sit res fungibilis, nec ne, si in re fungibili consistat, et in mutuum degeneret, conditio certi ex mutuo est instituenda, sin autem in re non fungibili consistat, ex Commodo erit agendum, quia tunc ex deposito fit commodatum. Conf. STRYCK
de Act. Seſt. I. membr. v. §. XXIV.

§. XVII.

Sed quid sentiendum est de usuris, vtrum illa a deponente in deposito irregulari peti possint, videamus; Distinguendum, erit, vtrum sint promissae nec ne. Sin prius, recte usuras exigit deponens, quoniam pacta dant legem contractui, a quo alter inuito alteri recedere non potest: Sin vero usurae non promissae, nulla datur deponenti actio ad petendas usuras, nisi depositarius versetur in mora. Cum enim in mutuo, quod ex humilitate fit, nullae debeantur usurae, nisi vel pactum adsit, vel debitor in mora versetur, depositum vero irregulariter degeneret in mutuum, idem, quod de mutuo dicunt leges, in deposito irregulari obtinet locum.



Lipzg, Diss., 1775 K-2




Pr. 15. num. 45

1775,57

17

B.I.G.



QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN

Detur Depositum irregulare

Q V A M

ILVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIA
IN PROVINCIA SUPREMAE NEC NON FACVLT. IVRID.
ASSESS. ET ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. X. F E B R . M D C C L X X V

AD DISCEPTANDVM PVBLICE PROPONIT

AVTORET DEFENSOR

IOANNES CAROLVSIESNIZER

ZWICKAVIENSEM.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

